



Silio meo charo et obedienti
Friderico Ernesto Haffema
in futurum usum praecepit
consecrat pater
dissertationis his clinicae
M DCC XCVIII. M. May.

Xc, 37.

Dissertatio. Clinica.

1. Praxis clinica febrium c. causticis.
 2. - - - - inflammationem - - .
 3. - - - - haemorrhagiarum - - .
 4. - - - - dolorum - - - .
 5. - - - - Convulsionem - - .
 6. - - - - morborum Spasmodico-convulsionum.
 7. - - - - - - Spasmodicum
 8. - - - - - - ex atonia cerebri.
 9. - - - - - - - viscerum
 10. - - - - - - uteri vitio.
 11. - - - - - - glandularum vitio.
 12. - - - - - - infantum.
-

DISSE^{7.}
TATIO MEDICA INAUGURALIS
SISTENS
COMPENDIOSAM
ET CLINICAM ADFE-
CTUUM SPASMODICORUM
PRAXIN CUM CAUTELIS,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENB. CETERA,

P R A E S I D E

DN. FRIDERICO HOFFMANNO,
CONSILIARIO ET ARCHIATRO REGIO,
MEDICINÆ ET PHIL. NAT. P.P. h.t.
DECANO.

*PRO ADIPISCENDIS SUMMIS IN ARTE
SALUTARI HONORIBUS*

Ad d. Novembr. MDCC VII.

horisante & pomeridianis

Publico eruditorum judicio examinique
traderet

CHRISTIANUS ALDE,
VRATISLAVIENSIS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis JOANN. GRVNERI, Acad. Typogr.

DISSERTATIO MEDICO-IRANICARUM

COMPARATIVA
ET HISTORICA
DE IRANIS
CIVILIZATIONIBUS

RECENTE IRANICARUM

DU PHILIPPUS VON HORNHEIM
PRINCIPIE SACHSENS-ALTENBERGIANI

DU ERICH RICHOHORNHEIM

CONSILIA ET DISCUSSIONES IRANICAE

MEDICO-IRANICAE

PRO ACADEMIA IMPERIALI PETROPOLITANA

ET ACADEMIA IMPERIALI MOSCOVITICA

ALIAS

PRO ACADEMIA IMPERIALI BEROLINIENSIS

ET ACADEMIA IMPERIALI PETROPOLITANA

ALIAS

PRO ACADEMIA IMPERIALI MOSCOVITICA

ALIAS

PRO ACADEMIA IMPERIALI PETROPOLITANA

ALIAS

PRO ACADEMIA IMPERIALI MOSCOVITICA

ALIAS

PRO ACADEMIA IMPERIALI PETROPOLITANA

ALIAS

CHRISTIANVS ALDVS

ACADEMIAE AVGVSTAVENSIS

THEOLOVVS CAVELLVS AEGYPTVS



CAPUT I.
DE
PASSIONE HYPOCHONDRIACA.



Parte corporis, quæ maxime patitur, adpellationem traxit hæc passio, quia sub costis, quas Græci *χόνδρος* vocant, radices agit, & vicina viscera, quæ infra costas posita sunt, maxime infestat. Sunt, qui & flatulentam passionem adpellant, quod nomen a solemani symtome sumpsit, quippe insigni illa flatuum ructuumque frequentia ægri vehementissime distenduntur.

II. Si quis alias, certe hic morbus spasmodicis malis adnumerandus est, ut qui membranaceas nervosas que corporis partes, & quæ molliori sensu polent, misere detorquet & dilacerat, atrocissimis easdem spasmis contrahendo. Cui quidem furori præter cetera membra maxime patent ventriculus ejusque orificia, diaphragma plexus mesenterii, ceteræq;

A 2 par-

partes omnes, in quas eximiores nervi maxime ex pari vago descendunt. Quo referre oportet ipsum cor, pulmones, & hisce proximas fauces, siquidem hæc membra liberali adinodum nervorum copia corroborantur.

III. Spasmo autem nostri mali causam recte adsignari, vel gravissima symtomata, quæ certatim ægrotantem adipetunt, evincunt adprobantque. Sunt vero hæc fere: Vehemens fit dolor circa præcordia, vehemens constrictio, ut zona constringi videantur ægri, palpitatio adest cordis. Accedit gravis inflatio, cum manifesto dolore internoque partium æstu, plerumque sinistrum magis hypochondrium, saeppe tamen & dextrum excruciat. Adebat perpetuus hujus mali comes alvi durities, & largus flatuum proventus, qui dum distendunt intestina, ventriculus inflatur, unde spirandi difficultas & præcordiorum anxietas excitatur. Sique per os vel per inferiori idem solvuntur, scire licet, relevari malum, ventriculo in sedem suam relapso & doloribus, quos ciebant flatus, mitigatis. Frequens quoque est ex hoc malo laborantibus capitis dolor vertigo, cordis palpitatio, subita tristitia phlogosis, somnia terrifica vigiliae inquietudo.

IV. Quod excretiones attinet, satis constat, in hypochondriacis salivam vel urinam copiose ferri, vel nimio quoq; sudore eosdem digeri, perpetuumq; fere est in hoc morbo, unum ex his solito copiosius fluere. Cuius quidem rei non alia ratio est, quam quod ob tardiorum sanguinis motum serum a sanguine secedit, unde largius in corpus redundans, qua data porta, effundit.

funditur. Alvis quoque in hoc malo diu s^epius ad-stricta est, interdum soluta nimis.

V. Habet adfectus noster, ut cetera ex spasmoidicis malis, exacerbationes suas, & vehementer s^epe ingravescit, licet nunquam recte valeant adfecti, perpetuo fere languore iis adharente. Igitur periculosa hisce est veris & autumni inaequalitas, item hyemis frigus, ex tempestatibus vero maxime nocent frigidæ & quæ in primis variant, venti boreales iidemque cum zephyro mixti. Quo fit, ut sub tali tempestatum habitu valetudo illorum increscat, & aliis malis catharris febribus tussi implicentur. Sub exacerbatione vero partes extremæ frigescunt, tremunt, anxietas & cordis palpitatio intenditur, urina fertur tenuis limpida crystallinumq; colorem æmulatur. Sequitur corporis æstus, faucium siccitas, cibi fastidium, musculi faciei præsertim palpebrarum tremulo quandoque motu vibrant, somno vel nullo vel interturbato adparente. Vexant ægros siccæ vomitiones, Virgen/ quas magno frustraneo tamen conatu moliuntur, unde singultus commotiones ructus, vomitus acidissimi, reddita per os viridissima materia. Urina varia est, modo pauca modo copioſior, interdum diluta & tenuis, mox crassa interdum rufa s^epe nigricans cernitur, frequenter etiam subrubra quædam in illa subsidunt, quæ arenularum speciem repræsentant.

VI. Est hic adfectus familiaris phlegmaticis melancholicis, & quibus corpus laxum spangiosumque & sensibiliores nervos largita est natura. Idem male habet eos, quibus ex diurna longaque valetudine corpus infirmum est, & ocio vitaque sedentaria debilitatum.

tatum. Quo in numero ponendi in primis sunt literarum studioſi, qui dum die nocteque libris adſident, ad fidua meditatione nocturnaque vigilia vires imminunt, moleſtum hocce malum inde contrahentes. Seden do enim corpus incurvant, unde ſanguinis circuitus per corpus languescit, concoctio impeditur, alvus exiccatur, & ita huic malo janua aperitur. Quod augent in primis adfectuum intemperantia, curæ anxiæ victus intempestivus, cibi duri acidi it. falsamenta, ſiquidem plerumque hoc morbo torquentur, qui molli lautoque vitæ generi adsueverunt.

VII. Malum hypochondriacum hereditarium eſt, & a parentibus in liberos quaſi hereditate quadam propagatur. Inde eſt, quod Hippocrat. lib. de morbo ſacro diſerte ſcribat, ex lienoſis lienoſos progenerari.

IX. Exerceat hic adfectus juventutem maxime, ita ut a 18. ad 25. annum extendatur. Intra quod quidem ſpatium in primis ſævit, poſtea in ſcorbutum, tiephritidem, vel arthriditem terminatur.

IX. Omne vero morborum genus hypochondriacos gravius adfligit, unde febribus, rheumatismis catharris, tuſſi ferocissima ſolito acrius ac vehementius adſciuntur. Periclitanturque iidem magis ex paſtionibus acutis, febribus malignis perechialibus, variolis morbillis purpura, quibus malis quippe defecti viribus facillime commoriuntur.

X. Eſt & aliud vitium, quod hypochondriacis frequenter accidit, hæmorrhoidum nempe profluviū. Idque circa autumnale vel vernum tempus plerumque incidere conſuevit. Ipsiæ hæmorrhoides quandoque cœcæ ſunt, quandoque nimirum fluunt, ut viribus

bus ægroti exsolvantur. Eadem tamen ubi suppressæ sunt, gravissima symptomata inducunt, sanguine, qui exitum non habet, ad superiora inclinato.

XI. Pericolo vacat hic adfectus & diutissime trahit, interdum tamen mortem adfert, ubi nempe atra fursum & deorsum ejiciuntur. Id quod fieri solet, si obstructus est lien, si ob infarctum ejus sanguis transitu prohibitus, circa sinistrum hypochondrium detinetur. Et hic est morbus ille niger Hippocratis, quem peculiari dissertatione D. Præses latius comprehendit.

XII. Distat hæc passio a colica convulsiva in eo maxime, quod in hac nec cordis palpitatio, nec anxietas oppressoria vel vertigo obversetur, faciliusque eadem solertia cedat curationi. Quod aliter in passione hypochondriaca evenit, quæ levare quidem, si justa cura accedit, ex toto evelli vix potest.

Curatio.

Duplex curationis genus est, alterum ubi saltem mitigatur malum, alterum, cui extirpatio mali est proposita. Prius ut adsequamur, sequentia observare oportet 1) ut spasmis delinitis flatus discutiantur & acrimonia humorum temperetur.

Ac primum quidem dissipandis flatibus egregie inserviunt clysteres, ex discutientibus speciebus carminativis oleisque emollientibus adparati. Tales sunt, qui habent femin. IV. carminat. major. baccas lauri juniperi, flor. chartomill. vulg. Roman, fl. hormini cen-

centaurii minoris ol. anethi chamomill. coct. carv.
destill. ess. castor. spiritum vini camphoratum.

2.) Acrimoniam humorum mirifice infringit
sequens pulvis: Recipe pulv. Marchion. lap. cancror.
matris perl. antimonij diaph. ana drachm. unam ni-
tri purif. gr. 12. ess. castor. gutt. X. m. f. Pulv. divid.
in dos. X. & ex aqua cort. aurantiorum vel menthae
spirituosa adsumatur.

3.) Ad spasmos removendos probatissimae vir-
tutis est liquor anodynus mineralis D. Præfidis, præ-
fertim si cum teftia parte essentiae alexipharmacæ com-
misceatur.

4.) Externas partes linamentis nervinis fovere
oportet, inter quæ eminet balsamum vitæ D. Præfidis,
stomacho & nuchæ admovendum. Vel hujus loco
sequens usui esse potest; Recipe aq. Anhaltinæ uncia-
m unam ol. nucif. destill. lavendul. ana drach. sem.
balsam. Peruv. drachmam unam, camphoræ scrupulum
unum, m.

Et hæc quidem in ipso impetu mali retunden-
do observare oportet, majorem vero illud curam, si
quidem cura aliquid profici potest, desiderat, si ejus-
dem radices, quæ altissime infederunt, evellere médi-
tamur. Quo in casu illud in primis intuendum est,
ut tota natura, quæ penitus eversa & debilitata est, in
pristinum vigorem adseratur. Ac primum quidem
vitalis sanguinis motus restituendus est, & adlaboran-
dum in primis, ut per abdomen ejusque viscera pròmi-
tius idem suum iter emetiat. Quod ut impetremus,
opportunitis medicamentis confirmandus est solidarum
partium tonus & motus peristalticus intestinorum.

Igitur

Igitur profunt , quæ infra posuimus , medicamenta .

1.) Recipe limaturæ mart. purissimæ & in pul-
verem subtilissimum comminutæ drachmam unam
rad. ari. lapid. cancrorum arcan. dupl. an. scrupu-
los IV. olei menthæ nucifæ cortic. aurant. ana gutt.
ijj. m. f. Pulv. de quo singulis diebus dimidium drach-
mæ languenti dari potest. Post cujus usum digeren-
dum corpus paulo acriori motu , jubendusque æger
a cibis per IV. horas abstinere. Vitandi etiam tunc
curiose omnes acidi viscosi & duriores cibi , item qui
flatus movent. Capere potius oportet leves faciles ,
quibus liberalior potio est interponenda.

2.) Post cibos vel super prandium uti debet
balsamicis carminativis , ut eorundem auxilio conco-
ctio adjuvetur. Quod egregie præstat elelixir balsa-
mictum Dn. Præsidis vel si illud non suppetit , paratis
simæ identidem virtutis est sequens carminativum :
Recipe tincturæ tartari spir. salis ammoniaci vinosi
ana drachmas duas olei nucifæ cort. citri rec. auran-
tior. ana guttas IIX. m. potest ad guttas 30 vel 40
dari.

3.) Utile etiam est , balsamicis pillulis alvum quæ
in hoc affectu contractior plerumque est , subinde du-
cere. Quo fine adhiberi possunt quæ sequuntur pil-
lulæ : Recipe ext. centaur. minor. aloes absynth.
rhabarb. gummi ammoniaci myrrh. ele&t. pari pon-
dere drachmam unam limat. mart. præpar. salis suc-
cin. trochisc. alhand. ana drachm. sem. extr. castor.
camphor. ana scrup. unum m. f. cum bals. peruviano
pillul. ex scrupulo uno XX. dosis est I 4.

B

4.) Præ-

4.) Præter hæc quæ proposuimus, illud in primis animadvertisendum, ut quod in omnibus diuturnis tardisq; passionibus fieri oportet, hæc medicamenta prudenter continuentur. Primum igitur hæc remedia ad minimum dñes duodecim adhibenda sunt, dein remotis pillulis ceterisq; eleixir balsamicum vel sal volatile oleofum Sylvii usurpetur, per octo dies continuandum. Postea redire oportet ad priorem curam, & hac absoluta, iterum resumere posteriorem. Idque sæpius fieri debet, prout vel remittit, vel intenditur malum, maxime circa vernum & autumnale tempus, mense Aprili & sub principio Septembri.

Monita & Cautelæ.

1.) Quia plethora male habet hypochondriacos, hinc lenis sanguinis detractione optime opitulatur, ante vernalem vel autumnalem curam instituenda. Idem fieri oportet, si hæmorrhoides, quæ alioquin familiares ipsis, ferri desierunt. Quæ ubi cœcæ fuerint, aperire easdem convenit, illito venarum oris succo cæparum, vel iisdem scalpello incisis. Ubi vero minus recte fluunt, præter maturam sanguinis missiōnem adponendæ ano sanguisugæ item scarificatio instituenda, ut evocato sanguine mali vehementia immiuatur.

3.) Abstinere oportet eos, qui hoc cum malo conflictantur, ab omnibus calidioribus oleofis & quæ sanguinem vehementius commovent, idque servare eos convenit tam in accessione mali, quam in ejusdem remissione. Inde detrahenda ipsis calidiora vina, spiritus vini

vini vel aquæ uti vulgo eas adpellant vitæ , & salia
volatilia acriora , quæ ex animantium regno depro-
muntur.

II. Non minori cautione opus est in usu cali-
dorum infusori m ex herbis Thee, Coffee ceterisque.
Quæ si moderate adsumuntur , mirificam huic malo
medicinam praefstant , quippe transpirationem adju-
vando sanguinis motum excitant , ac augent , eum-
demque reddunt liberiorem. Quod contra evenit in
iis , qui intemperantius ea hauriunt , siquidem in-
genti illa vi aquarum solvitur solidarum partium
robur , ventriculiq; in primis membranæ debilitantur ,
unde turbato salutari digestionis officio flatus & alia
incommoda proveniunt.

III. Providendum etiam cum cura , ne purgan-
tibus valentioribus , vel emeticis , vel nimio spirituum
eleixiorum vel carminativorum copia noxa bilio-
fioribus adferatur. Hæc enim remedia , vti insi-
gnem operi in hoc malo promittunt , si temperata si
leniora fuerint , & justo tempore rectaque dosi dantur ;
ita e contrario laudem hanc omnino destituunt , si ni-
mius illarum usus fuerit , cum vires ægrotantis op-
primant magis , quam erigant resuscitantque.

IV. Solet autem , si quid aliud certe crebra mu-
tatio medicamentorum in hac passione perniciosa esse ,
& commune plerumque omnibus , qui hoc malo ad-
fliguntur , quod ad nova subinde remedia transeant ,
& nihil non auxiliū experiantur. In quo vehementer
quidem errant , quippe desultoria hac cura vix aliter
fieri potest , quam ut malum exasperetur.

V. Pari providentia opus est in usu martialium, quæ cum nostro adfectui propria fere medicina sint, non tuto tamen semper adhibentur. Ideoque personarum utique ratio habenda est, siquidem alii hoc auxilii genus commode ferunt, alii id ipsum respuant & reformidant. Itaque si spasmi urgent, si contracta jam alvus est, satius est, iisdem abstinere, quod hæc, dum, qua possint constringendi facultate agunt, alvum magis comprimant, adeoque sœvienti malo faces subiiciant. At ubi neque adpetitum lœdunt neque ventrem intendunt, merito ad hæc configiendum est, ut infirmus viscerum tonus clementer adstringatur.

VI. Ultimum fere est auxilium in adfectu nostro thermarum & acidularum potus, quarum sœpe usū si omnia fere remedia victa sunt, pertinax hæc valedictio expugnatur. Diligenter tamen æstimare oportet ex personarum ratione, utrum thermæ vel acidulae sint præferendæ. Illæ enim magis sénibus phlegmaticisque convenient, & iis maxime, qui ad phthifin & hecticam inclinant. Acidulae vero merito suadendæ sunt biliosis & calidioribus, & qui in florente æstate adhuc sunt constituti.

VII. Alcalina seu terrea seu salina hypochondriacis egregie expedient, ex ipso tamen adpetitu dijudicare oportet, utrum pleniore vel exiguo illorum usū opus sit. Nam ubi hic integer ubi nimius, uti solet, fuerit, liberalius omnino adhibenda sunt, ubi vero ille senescit vel deficit plane, parcior illorum usus sit, vel plane omittantur. Periculum enim est, ne ubi nimius illorum usus accedat, ex toto adpetitus opprimatur, impedita alimentorum solutione.

VIII. Mil-

VIII. Millefolium ex aqua calida decoctum tam in affectu hoc corporis, quam in haemorrhoidum suppressione merito depraedicatur, si potus ordinarii loco adsumitur. Cujus quidem vires cum multi ex veteribus commendent, tum Riveritus in primis celebris Galliae Medicus multus est in ejus laudibus enumera-
randis.

IX. In malo hypochondriaco prospicere oportet, ut alvus semper respondeat, quae in hoc valetudinis genere plerumque intendit. Iuvat autem, id non vehementioribus medicamentis praestare, sed clysteribus carminativis emollientibus & quae clementer alvum deducunt. Quam egregie identidem emolliunt alimenta, quae facile fermentescunt, uti sunt poima Borstorfiana & pruna dulcia, modo ne omnibus subiectis promiscue haec offerantur. Profundunt etiam tartarea, tinctoria tartari, tartarus solubilis, in primis amara quae molliter alvum movent, qualia sunt pillulae polychrestae D. Præsidis pillulae Conerdingianæ, Becherianæ, ita passulæ laxativæ & quae rhabarbarum suggestit medicamenta.

X. Secundum haec motus cui præcipuum præsidium merito commendari debet hypochondriacis, quippe hic obstrunctiones recludendo perennem illum fluidorum motum unice confirmat & tuetur. In quo tamen id temperamenti servandum est, ne, quod in omni re perniciosum est, excedat modum. Ideoque sub autore Corn. Celso ejus finis esse debet sudor, aut certe lassitudo, quae citra fatigationem sit, sufficitque ambulatione acriori dimoveri corpus, vel lectione aliisque generibus exerceri. Post haec habendus est æger

in ampliori lucidoque conclavi, vitandum frigus nubilumque cœlum, tentandum etiam subinde balneum, ut molli ejus vapore constrictæ spasmo partes emoliantur.

V. Victus etiam ratione succurrendum est malo, & opportune providendum, ne quod cura vel medicina restituit, id incontinentia detrahatur. Itaque in hoc morbo nunquam utilis est nimia satietas, nec convenit, distentum atque plenum ex triclinio discedere. Illud potius agendum est, ut concoctioni, quæ egregie in primis laborantem juvat, recte studetur. Quare evitare oportet cibos viscidos acidosque dulcia leguminaque & quæcunque inflare confieverunt. Super cœnam liberalius bibendum est, neque alienum est, vinum quandoque adjicere, quod hoc concoctione ciborum adjuvatur. Commendandum vero Mosellatum Rhenatum pauci ferre possunt.

VI. Postremo animi tranquillitas in hoc affectu commendari debet, quippe quo tantum levatur corpus, quantum affectuum incontinentia debilitatur. Quo magis enitendum hypochondriacis, qui temperamenti vitio plerumque affectuum turbinibus jactantur, ut erectum placidumque semper animum habeant, subtractis omnibus quæ eumdem inquietare possunt. Neque tuta est nimia cogitatio, qua animi securitas idemtidem interturbatur, fluido nerveo quod corporis robur sustinet, meditationis intentione elanguescente.

CAPUT II.

DE

EXCRETIONIBUS PER SPASMOS
SUPPRESSIS.

A Que magna vis spasmus est in excretionibus, quae salutares corpori maxime sunt, supprimendis. Prius autem, quam ad excretionum species descendamus, non inutile fuerit spasmorum ingenium paucis adumbrare.

I. Itaque omnis spasmus hæc natura est, ut fibris ægre faciat, dum illas coarctat constringit contrahitque. Quia quidem constrictione illud incommodi accedit, ut clausis fibrarum poris, compressisque tenuibus vasculis, quæ huc feruntur, sanguini transitus ex arteriis in venas intercludatur, ejusdemque influxus in colatoria & excretoria inhibeatur. Unde sanguinis motus inæqualis omnino redditur, & excretiones impediuntur, clauso itinere ejiciendis.

II. Atque hoc quidem perpetuum est in omnibus excretionum suppressione, prout tamè diversa sunt emunctiorum genera, ita etiam si quod ex iis a spastmo corripitur, vario modo excretiones retinentur.

III. Itaque si spiramenta cutis, per quæ subtiles acres falsæque fordes exeunt, spastmo disstringuntur, sudor fluere definit. Atque hoc idem accedit, si renes vel vesica aut ipsi ureteres spastmo vexantur, quippe urina fluxus statim impeditur. Sique idem spasmus ad ductum cholodochum pervagatur, ejusque officium

ficium in duodeno comprimit, non potest aliter fieri, quam ut bilis, quæ subire debebat duodenum, clauso itinere alveum suum primum repetat, mox in ipsum sanguinem redundet.

IV. At ubi uteri vasa quæ luculenta in copia per eum serpunt, spasmo tentantur, idque in vagina in primis, salutaris menstruorum fluxus retardatur. Parique modo hæmorrhoidum suppressio accidit, ubi intestini recti vasa, quæ redundantem sanguinem reddere debebant, spasmo constringuntur.

V. Si in intestina ejusmodi constrictio incidit, necessarium omnino est, alvum contrahi. Sique vesicam ejusque sphincterem corripit spasmus, imminet stranguria mingendique difficultas. Ex quibus intelligi potest, quam infesta sint naturæ corporique nostro spasimi, cum rem tam salutarem tam necessariam nobis eripiant excretiones suppressendo. Et ut mala, quæ inde consequuntur, illiusriora ac expressiora sint, licet strictim jam eadem persecuti simus, uberior tamen illa explicabimus, singula speciatim complexuri.

VI. Quod si proinde sudor a spasio supprimitur, sequentes fere notæ concomitantur: Extrema frigent summa cutis præter solemnem contractionem, insuper exasperatur, quod patrio sermone ita exprimimus: Er kriegt eine Gänse-Haut. Porro coarctantur cutis pori, venæ disparent, cutis habitus concidit ora albescunt, purpureus genarum flos perit, ferali quasi pallore easdem obsidente.

2.) Talis omnino spasmus, qui sudorem adstringit, frequens est incipientibus febribus intermittentibus,

tibus, item in accessione continuarum. Est idem frequens in doloribus hæmorrhagiis hæmoptysi mensiumque & hæmorrhoidum pro fluvio.

VII. Quibus in cute spasmus instat, hisce extrema frigent livescunt ungues, & corpus inhorrescit. Sanguis vero a summa cute ad præcordia frigoris vi compulsus, in iisdem ardorem primum atque æstum, mox anxietates concitat.

IX. Ex adfectibus nullus perinde hoc malum excitat, quam ipse terror, qui percussos ita graviter adficit, ut nec quidquam sudoris dimittatur. Provenit etiam spasmus cutis a frigore & a ventis septentrionalibus, quippe constricta a circumfusi aeris vehementia cute, sudoris humor, quo madet alioquin cutis, intercluditur.

X. Sunt proclives ad hoc malum præter ceteros ii in primis, qui deliciori molliorique fibrarum sensu pollent, & membranas habent mobiles ac tensiores.

X. Si urina ex spasmo ferri desinit, hisce fere indicis spasmus deprehenditur: Fit gravis circa lumbos dolor, idemque regionem iliacam, qua renes atque ureteres positi sunt, obsidet. Omnis enim doloris natura est constringere. Si vesica ejusque sphincter patitur, indicio est dolor & tensio circa pubem, parum quoque urinæ idque cum dolore destillat.

XI. At si spasmus ipsos renes obsidet, per quos secernitur urina, tenues dilutæque urinæ adparent, cum manifesto arguento spasmu ferocientis. Inde non obscura ratio est, cur in ipso impetu mali hypochondriaci vel hysterici ejusmodi urinæ prodeant, quippe ob constrictos spasmo renes nihil crassifloris

fioris substantiæ dimittitur. Eademque de causa in passionibus acutis malignisque febribus minus læta adnunciant, æstu præsertim corpus extorrente. Namque & spasmo interiora teneri significant & delirium adpropinquare.

XII. Si ductus biliarii, per quos in duodenum bilis descendit, spasmo occluduntur, aequo vehemens malum suboritur, quod icterum nominant. Color autem hunc morbum maxime detegit, qui cum in cetero corpore, tum in oculis maxime luteus adparet. Solet accedere præcordiorum dolor circa scrobiculum cordis defixus, spiritus difficultas vomitus urina crassa biliosa alvusque alba excernitur.

XIII. Ex spasmo hunc affectum oriri, tum recte prædixeris, si vomitus si ventris tormenta purgationem vehementem consequitur. Maximeque omnium ex spasmo provenire cognoscitur, si post gravem iracundiam attentat, item si hypochondriaco & hysterico malo jungitur, vel si eos urget, qui febre biliosa alvoque dura conflictantur.

XIV. Frequentius hoc malum incidunt caco-chymici, & qui sensibiliore natura prædicti sunt, & levi suborta causa animi perturbationibus fere permittunt. Ab eodem mettis est iis, quibus hepar non integrum est, vitio in illo delitescente. Unde Hippocrates Aphor. 12. sect. VI. perniciosissimum judicat, in morbo arquato durum fieri hepar.

XV. Solet icterus adesse febribus tertianis, continuis ardentibus & biliosis. Quod non alia de-
cau-

causa accidit, quam quod in hisce malis ventriculus ventriculoque proximum duodenum cum ceteris intestinis saevo spasmo contrahatur. Neque alia causa subest, quod iterum inflammationi ventriculi interdum jungatur, cum & in hoc affectu a spasio vicina viscera in primis duodenum comprehendantur.

XVI. Sequitur frequenter haec passio iustum mortsumque animantium, quae ira effebuerunt. Cujus rei non alia ratio reddi potest, quam spasmus ventriculi & prioris intestini. Commodissimumque est, id mali genus ex spasio ventriculi & intestinalium derivare.

XVII. Menstrua vel lochia suppressa identem ex spasio uteri plerumque accidunt, dum constrictis nerveo fibrosis ejus partibus, sanguis non transmitti potest. Quae quidem ita se habere experientia cotidiana loquitur, siquidem frequenter experimur, subito a causis externis, quae spasio in primis nocent, hoc malo mulieres implicari. Ita saepe fieri solet, ut post admissum frigus praeter spem salutaris hic fluxus deficiat, id quod malo suo experiuntur mulierculae, quae ad frigidum potum statim transeunt, ubi choreis vel aliis vehementioribus commotionibus incaluerunt. Cujus rei & animi affectus testimonium esse possunt, quippe hi, cum in primis spasio inimici sint corpori, solemnem hanc purgationem mirifice perturbant, sanguine quo per menses exsolvi debebant feminæ, ad alias partes divertente. Ejus generis est

in primis terror, ut reliquos qui non minus ad lignendum hunc affectum faciunt, in praesenti taceamus.

XVIII. Ubi itaque ex spasmo hic affectus incidit, non raro fieri solet, ut compressis uteri vasis ad remotiores partes sanguis depresso per insolitas vias & ubi alioquin penetrare posse vix credideris, extundatur, oculis venarum ruentis sanguinis impetu patefactis.

XIX. In hystericis & hypochondriacis minus recte plerumque procedunt menstrua, siquidem ob spasmos, quibus ejusmodi corpora vitiata sunt vel justo parcus vel copiosius profluunt. Vbi enim spasmī remotiores partes urgent, sanguis cum impetu ad inferiora & ad uteri partes delabitur, cuius moles, dum intra angusta vasorum non capi potest, distensione facta venas aperit & in magna copia prorumpit. At ubi spasmī ipsum uterum premunt, ob constricta vasa sanguis exire non potest, unde relicto solemini itinere ad superiora ventriculum lienem hepar ceterasque partes divertit, spasmī violentia ad illa loca declinatus.

XX. Aliud grave malum ex spasio proficiunt, haemorrhoidum nempe suppresso, cuius causa aspasmus velut a capite ac fonte omnium malorum recte deducitur. Nam si intestinum rectum vel colon spasio adficitur, necessarium est, ut sanguis qui per illius vasa alias effunditur, retineatur. Idque etiam accidere solet in inflammatione & dolore atrociorum intestinorum.

XXI.

XXI. Ubi igitur sanguini exitus per anum ademtus est , depulsa in præcordia materia , subiti gravissimique morbi invadunt. Ejus sortis sunt præcordiorum anxietas spirandi angustia tormenta cachexia arthritis maxime omnium hædrops.

XXII. Hypochondriacis, quibus ob imbecillitatem viscerum familiaris est hæmorrhoidum fluxus, sæpiissime idem cum summo valetudinis detramento supprimitur. Neque vero id aliunde accidit, quam ex spasmis, quorum tyrannidem hæc corpora in primis sustinent ac patiuntur.

XXIII. Quod de ceterarum excretionum suppressione diximus, in adstrictione alvi etiam valet, cuius causa frequentissime a spasio dependet. Neque enim exigenti hujus rei causam materia solum contemplanda est, quæ omnino copia & mole sua alvum obstruere potest, sed ad spasmum etiam, qui ex motu vito oritur, curiosus oculus est deflexus. Itaque si hic oberrat intestinis, si earumdem tunicas adgreditur, alvus omnino indurescit, motu peristaltico , qui excretiones maxime juvat, labefactato.

XXIV. Exercet dura alvus in epilepsia, convulsionibus adfectu hypochondriaco , hysterico ceterisque passionibus, quæ ex spasmis velut perenni fonte profluunt. Inde est, quod in omni graviori dolore, (dolor enim ex spasio provenit) alvus contrahatur. Ita in vehementi capitum dolore in calculo reliquisque doloribus plerumque ad officium cogenda est , cum

ob vehementem intestinorum strictruram nihil emit-tatur.

XXV. In omni fere febre alvus consistit, quod non tam ex defectu humidi, licet hoc animo fervore absumatur, quam a spasmis evenit, siquidem in hisce morbis fibrosum nervosumque genus maximis distentionibus debilitatur. Id quod cum in omni febris accessione occurrat, tum in primis fieri amat in ipso horrore febres præcurrente.

XXVI. In colica convulsiva, præsertim ubi ab exceptis ore saturni fumis contrahitur, pertinacissime alvus adstringitur, nonnisi magno negotio emollienda. Atque etiam commune est in omni colico morbo, eamdem ita comprimi, ut nec tenuem fistulam, per quam clyster infundi possit, eo tempore admittat.

XXVII. Ubi valentiore medicamento alvus com-mota fuit, per aliquot post ejus usum dies eadem non descendit, quia remedii violentia intestinorum membranæ constrictæ illam strictruram adhuc reti-ment, exitum stercoribus intercludentes.

Curatio,

Quod ad medicinam pertinet, qua excretio-nes revocari possint, non minus illa varia est, quam ipsa excretionum natura. Igitur si sudor ex spasmo febrili supprimitur, hanc inire oportet curatio-nem.

I.)U-

1.) Utile est balneo uti laconico, & extremas partes præsertim pedes ex aqua calida fovere, ut relaxatis quas spasmus constringerat, partibus humor eliciatur.

2.) Ubi summā cutis inhorruit, diligenter velandus est æger, ne quid ad eum frigoris adspiret, optimumque est in ejusmodi casu, sub aere temperate humido & calido ægrotum habere, frigido & calido nimis aere cum cura evitato.

3.) Si spasmus ex dolore vehementi vel calore præter naturali oritur, & exinde humor noxius intra corpus remanet, sequenti pulv're eundem convenit leniter evocare: Recipe antimonii diaphor. cornu cerv. usq; ana drachm. j. nitri purif. cinnabar. nativ. ana gr. 12. effentiae anodyn. gutt. II X. m. f. Pulvis divid. in doses quatuor & ex aqua flor. sambuci proprietur.

II. Si ex terrore subito sudor deficit, leniter eundem movere præstat, datis ejusmodi remedis, quæ sanguinem terroris vi ad præcordia compulsum cuti externisque partibus reddunt. Quo fine comineranda sunt sic dicta bezoardica, it. aqua litorum convallium spirituosa cui liquor bezoardicus, vel spiritus anodynus mineralis D. Præsid. adjiciatur. It. Pulvis Marchionis.

III. Solet plerumque fieri, ut, si sanguis adaperitis venarum osculis ex parte aliqua corporis copiose fertur; extrema corporis refrigerentur. Quod ubi incidit, in balneo desidere oportet, & inferiores partes in aquam calidam demittere.

IV.

IV. Si urina non redditur, vel difficulter destillat a spasmo retenta, tum hæc curationis ratio locum invenit.

1.) Ad deliniendum spasmodum magnopere conducit clystere oleosa alvum emollire. Talis est, quem infra posuimus, cum de solvenda alvo differimus.

2.) Oportet, ubi adfecti sunt ureteres spasmo, sæpe in balneum descendere, & calido vapore constrictas partes relaxare, ut urina educatur. Commodissimum etiam est cum alio tempore tum ab ipso balneo inferiores partes ex oleo liliorum alborum hyosciam ceterisque quæ huic scopo inserviunt inundare.

3.) Interne oleosa merito suo commendationem merentur, ut sunt oleum amygdalarum dulcium. Neque minus adlevamenti præstant anodyna, inter quæ spiritus mineralis anodynus Domini Præsidis iure nominari debet, multis multorumque experimentis comprobatus.

V. Si occlusus spasmo sphincter urinam exituram reprimit, nihil æque prodest, quam unguenta ex a-xungiis & oleis emollientibus inferiori ventri admovere. Neque alienum est linteum lacte madefactum, in quo herbæ emollientes coctæ sint, pubi tepide imponere.

VI. Si icterus ex spasmo ductuum biliariorum originem trahit, optime discutitur per anodyna quippe quæ sedando spasmodum consuetum iter bili appetiunt. Quod animadversum est in primis a Cl. Sylvio, qui exinde in hoc adfectu emulsiones ex semine canabis item crocum unice commendat. Nos pulverem,

rem præcipitantei nitrosum, cui dimidium granum theriacæ cœlestis adjectum sit, laudamus. Recte etiam externe cataplasma anodynum injicitur, egregii-que idemtidem usus est sacculus herbis anodynis repletus, quem ex lacte coctum dextro lateri & scro- biculo cordis decet adipicare.

III. Idem pulveres, quorum mentio facta est, egregie coercent malum, si febribus biliosis ardenti- busq; accedit, vel ubi vehementem iracundiam sequitur.

IV. Quod si menstrua non recte fluunt, spasmis uterum turbantibus interne dari debent medicamenta antispasmodica. Quem in censem numerandum inpri- mis castoreum & crocus it. essentia antispasmodica Dni. Præsidis. Neque vero semper sufficiunt hæc re- media, sed oportet interponere absorbentes pulveres nitrosos cinnabarinos, habita etiam vietus ratione.

V. Quoties ex vicino uteri spasmo alvus etiam adstringitur, uti plerumque adsolet, oleosis clysteri- bus solvenda est.

VI. At ubi spasmus ex detento intra venas uteri sanguine provenit, mature ad Venæ sectionem decur- rendum est, qua sola saepe post breve tempus flu- xus hic revertitur, utero a mole sanguinis per hoc au- xilium liberato.

VII. Non dissimilem curam postulat hæmorrhoi- dum suppressio, quippe & in hac si redundat nimium sanguis, aperta vena educendus est. Deinde auxilio sunt similiter pulveres absorbentes, nitrosi quibus aci- dum, quod spasmus auget, mirifice infringitur.

IX. Si exulceratio in intestino recto latet, im- mittendum est oleum lini vel vitellor. ovor.

D

IX.

IX. Quando alvus ex strictura tunicarum intestinalium non dejicitur, solvenda est clysteribus ex meris oleis adparatis. Quorum exemplum sequens præbet: Recipe olei chamomill. coct. anethi cocti limi cocti ana uncias tres, essentiæ castorei drachmas ij. olei carvi destillati drachm. unam m.f.l.a.enema. Juvat enim clystere emolliente id facere, modo oleis bene abundet.

X. Cui ex spasmo alvus intenta est, huic expediet balneo sovere corpus, in quod emollientes herbae injiciantur. Aptæ etiam sunt inunctiones alvo relaxandæ ex oleis emollientibus factæ.

XI. Ad restituendas ventris excretiones valet etiam sequens decoctum laxativum: Recipe ficuum passul. majorum mannae electæ singulorum unciam unam semis, coque ex aquæ communis unciis VI. in funde foliorum sennæ drachmis iij. rhabarb. drachmis ij. Colaturæ adde arcani duplicati tremoris tartari ana drachmas i. aquæ cinnamomi c. v. unciam semis m. potest dari ad uncias ij.

Monita & Cautelæ.

In moliendis excretionibus sequentia observare oportet.

1.) In omni sudoris suppressione, quæ a spastno a doloribus & in principio febrium accidit, pernicioſum in primis est, per spirituosa calidiora vel per volatilia sudorem excitare. Nam ejusmodi remedii augescit magis æstu, ideoq; necessarium est iisdem abstinere.

2.) Minus etiam convenit majori vi regimineque calido frictionibus calidioribus motu humorem ad interiora repressum ad corporis ambitum provocare.

Ideo-

Ideoque pessimo exemplo agunt, qui consulturi ægrotis pannis atque vestimentis eos involvunt, vel quod pejus fere lectorum mole tantum non opprimunt, conclavi insuper calore exæstuante.

3. Quod modo monuimus, diligentissime in primis notare oportet in variolarum morbillorumque principio. Incredibile enim est, quantum in ejusmodi morbis noceat nimius calor, uti jam olim V.Cl. Sydenhamius adnotavit. Neque minus nocet, in principio horum exanthematum, cum pori adhuc clausi sunt, per fortiora auxilia per sudorifera, uti vocant, sudorem quovis modo excutere. Tutius est id facere, ubi spasmi se remiserunt, idque blandis anodynac ac diaphoreticis, quæ sudorem leniter movent, non vehementer eum expellunt. Inde est, quod & opium vehemens alioquin medicina, tali in casu diaphoreticam virtutem induat, quod sedando spasmum exitum sudori aperiat.

4. Si pori cutis constricti sunt, seponendum plane est vinum, quippe tunc adhibitum instar veneni corpus adgreditur. Eodemque tempore vitanda omnia calidiora, uti infusa herbarum veronicæ Thee. At ubi sudor jam manere incipit, tunc & ad vinum & reliqua revertendum est, quod hisce fluens jam sudor largius prorumpit.

5. In principio febrium intermittentium nunquam tuto fortiora sudorifera adhibueris, quippe febrili æstui, qui jam exurit præcordia nihil aliud quam alimenta præbent in majus incendium flammamq; exsurgendi.

6. Bene Riverius in observationibus suis prodidit, multos levatos fuisse ab urinæ suppressione ali-

quot laudani opati granis exhibitis. Qvod intelligendum est de ea urinæ retentione, quæ ex spasmo vel dolore excitatur, ubi anodyna, ut supra ostensum fuit, non in mediocre præstant adlevamentum. Igitur emulsiones ex semine papaveris, aq. flor. sambuc. acaciarum cerasorum nigrorum in ejusmodi affectu singulare ferunt auxilium, non alia de causa, quam quod emolitius inde spasmis sponte urina delabatur.

7. Omnia acriora pellantia quæ valide urinam movent, adeo non proficiunt in hoc affectu, ut noxiosissima potius sint, quippe intendendo spasmos malum exasperant. Quare vitare oportet spiritum terebinthinæ oleum succini juniperi & quæ vehementer vesicam stimulant.

8. Si a plethora, uti sœpissime fieri amat, hic affectus nascitur, relictis omnibus sanguis, aperta vena detrahendus est.

9. Illud etiam in stranguria & spasmis ureterum, observandum ne falsa suspicione quasi calculus vesicæ inhæreat, adducti catheterem immittamus. Irritatæ enim hac violentia membranæ magis, in dolorem exardent.

10. In ictero, qui ex spasmo incipit, pernicioſa sunt omnia salina ſalia volatilia & validiora purgantia, utpote quibus spasmorum furor magis inflammatur. Utilius est, post clementem alvi ductionem quæ ex rhabarbaro commodissime fieri potest, convenienti medicina spasmos removere.

11. Neque ignorare id oportet in ciendis, ubi suppressa sunt, menstruis, quippe in tali caſu omnia pellantia ſedulo explodenda ſunt. Itaque omnia medicamenta quæ ex myrrha succino ſabina præparantur

tur item eleixiria balsamica spirituosa sunt fugienda.

12. Si ob vehementem dolorem vel gravia tormenta menstruorum purgatio definit, commodissimum est, oleo multo amygdalarum dulcium epoto, malo succurrere. Neque segnius auxiliatur sperma ceti cum oleo chamomil. vel millefolii datum,

13. In haemorrhoidibus suppressis vitanda sunt idem-tidem aloetica acriora, & quae vehementer alvum dejiciunt. Maximeque id observare oportet, si metus est, ne inflammatione intestinum rectum detineatur.

14. Alvi dejectionem saepius impedit acidi abundantia intra ventriculum, igitur sublati acido per absorbentia sponte alvus resolvitur.

15. Post iracundiam alvus nonnunquam complicitur, spasmus turbata, & tunc optimum est, ubi primum sensit aliquis, lapides cancerorum cum nitro mixtos adsumere.

16. Sal volatile oleosum & essentia castorei cum tintura tartari mixta in hypochondriacis egregie interdum alvum obstructam discutiunt. Cujus rei quidem ratio non elonginquo petenda est, quippe haec remedia avertendo spasmos exitum sordibus recludent.

17. Nunquam ad validiora purgantia draistica conveniendum est, si ex spasio alvus constitut. Eaque lenioribus laxativis potius movenda est, quale est, quod paulo ante commemoravimus.

18. Pomorum Borstorianorum succus, it. ficus passulæ pruna manu ventrem egregie emolliunt, praesertim si inter cibum adsumuntur.

19. Alvum etiam potus calidi copia facile fusio-rem praestat, uti in potu veronicæ Thee, Coffee a-
bunde

bunde experimur, si copiosius ejusmodi aquæingeruntur. Eademque ratio est, cur thermæ & acidulæ id faciant, cum & aquarum mole distendant alvum & calido vapore fibras relaxent, unde sordes promte expelluntur.

20. Necessaria est observatio in alvi duritie, ne nimii simus in clysteribus injiciendis. Sique placet ejusmodi remedii insistere, opera tamen danda est, ne qua acriora nimiusque humor admisceantur.

CAPUT III.

D E

ADFFECTU SPASMODICO VAGO, OBSERVATIONES.

Est aliud spasmī genus par ceteris ferocitate, quod Emerito vagum dixeris, priores nostri Grubel & francheit adellarunt. Idque non minus membra adficit, molestissime corpus detorquendo.

I. Infestum est hoc malum ut ceteri spasmодici affectus membranaceis nervosisque corporis partibus, neque certa ei sedes, sed mira volibilitate totum corpus pervagatur. Modo enim caput adpetit, modo in præcordia grassetur mox ad inferiora & externa refugit, ibique varia mala machinatur.

II. Ubi itaque abdomen corripit, sequuntur termina vaga & colica fixus lumborum dolor, alvus inflatur & ita saepe constringitur, ut nec tenuissima fistula possit anum subire. Præterea præcordiorum adeat anxietas validus arteriarum circa dorsum pulsus, saepe etiam glandes & enemata vi spasmorum ad superiores partes pulsa, quod fœdum plane, vomitu ejiciuntur.

III. Quando medianam regionem hic affectus in-

va-

vadit, cordis fit palpitatione ejusque tremor item syncope spirandique angustia cum metu quasi jamjam oppressuræ suffocationis.

IV. At si ipsum caput cerebrique membranas adoritur, præter melancholiā sumimamque animi tristitiam phantasia perversa adsiduæ vigiliæ, hemicrania vertigo sensuumque torpor & desperatio emergunt.

V. Mirabile etiam illud, quod huic malo insoliti sæpe morbi sese adscent. Videmus enim, varia phasmata ægros sibi imaginari, & nunc insomniis nunc spectris variis inquietari. Et quod portenti instar esse solet, futura prænunciant, peregrinas linguas strepunt, aliorumq; voces, acutissimis auribus accipiunt. Inde non vanum est proverbium, quod vulgo circumfertur melancholiā esse balneum diaboli.

V. Ubi spasmus ad nervorum principium penetrat, & ipsos nervos, sensoriis consecratos prehendit, plerumque catalepsis adpropinquat. Rigent tum oculi ad formidinem usque visentium, & in quounque corporis situ ægros malum occupat, in eodem eos retinet, omni sensu destitutos.

VII. Si ipsum domicilium nervorum spinalem nempe medullam spasmus infestat, tum quidem resolutio nervorum spuria apoplexia convulsiones capitatis ejusque miseræ contorsiones oriuntur.

IX. Quando hic spasmus in principium nervorum opticorum incidit, plerumque visus imminuitur, altero ex oculis vitiato. Sæpe etiam ubi uterque oculus adfligitur, lumen omne extinguitur, perpetuoque caligini & tenebris affecti devoventur.

IX. Quoties relictis interioribus ad extremas
par-

partes hic spasmus se profert, non minorem iisdem stragem atque cladem molitur. Sævi enim trucesque in articulis & musculis dolores flunt, qui plerumque in tumores terminantur.

X. Gentilitium hoc malum est, nec per hereditatem solum ad liberos redit, sed per longam generis seriem quasi per manus posteris traditnr.

XI. Inter causas quæ hunc adfectum proferunt, merito primam nominamus hæmorrhoidum vel inen-
suum suppressionem, & plethoram. Accusanda etiam intemperantia, immodica venus, meraci vini po-
tio, nimiusque acidorum usus; quæ omnia amplam huic malo præbent occasionem, sœpe quoque a repres-
sis excretionibus v. g. a sudore pedum cohibito, id ipsum corripere novum non est.

XII. Per certos temporum circuitus de solemini spasmodicorum adfectuum more hæc passio repetit, maximeque sub certis lunæ positionibus & inæqualita-
te aeris vires resumit atque renovatur.

XIII. Adventantis hæc fere signa sunt: Extrema frigent alvus intenditur, eademque strepit neque flatus neque stercora emittens. Vexant præterea tormenta cordis anxietas & tremor & ubi ad cerebrum grassatur vomitus consequitur,

XIV. Ubi ructus vel flatus prorumpunt, indicio est ma-
lum mitescere. Quod ubi desævit, corporis excipit las-
titudo, cutis velut bile suffusa flavescit, adpetitus langue-
scit & circa hypochondria molesta gravitas persentitur.

Curatio.

Considerata morbi hujus natura, ad ipsam cura-
tionem ejus pergimus, qui cum gravis periculiq; plenus
fit

fit, ad tollendum; eum summum studium est adferendum. Igitur primum est, ut sanguinis motus, qui ex spasmorum vehementia minus æquabili cursu corpus perluit, in pristinum vigorem restituatur. Cui quidem rei impetranda necessarium est, ut nervosum genus imbecille admodum & ad spasmodum pronum, omni modo confirmetur, detracta spasmis materia. Quo casu ante omnia providendum, ut obstructions, quæ viscera glandulas & emunctoria occupant, prudenti ratione discutiantur. Itaque ante omnia temperanda est acris & biliosa humorum colluvies, mox ipse fons malorum exhauriendus, canale alimentorum à cruditatibus recte expurgato.

I. Auspicio proinde curationis a sanguinis detractione capiendum est, pertusa in brachio vel pede vena. Eodemque loco, quo inciditur vena, amplior plaga infligenda est, ut crassus sanguis qualis est ejusmodi corporum, promptius exeat. Juvat vero sanguinem aliquoties per annum mittere, maxime circa æquinoctia.

II. In hoc adfectu in primis intueri oportet, num menstrua & haemorrhoides quæ alioquin fluixerunt, recte se habeant. Qvodsi compertum est, hanc salutarum purgationem interceptam esse, protinus curandum, ut fluxus revertatur. Et ad haemorrhoides quidem ciendas expeditissimum est, post V. Snem hirudines ano admovere. Ad menses vero provocandos præter eandem sanguinis detractionem opus est ire in balneum & ex calida aqua inferiora fovere, ut sanguinis aditus avertatur. Post hæc adjicienda, quæ menses ducunt medicamenta, qualia sunt, quæ ex myrrha croco succi-

no componuntur, neque inconveniens est, pessum utero indere.

III. Imminuitur hoc malum egregie, interdum etiam ex toro evellitur; epotis acidulis vel aliis aquis salubribus. Quare merito commendandæ sunt acidulae Wildungenses & Tenstädtianæ, quæ, si à ceteris, quæ nocent, æger sibi temperet, aculeos dolorum mirifice obtundunt infringuntque. Post acidulas balnea naturalia experiri oportet, & ex his Töplicensia & Hirschbergensia merito collaudantur.

IV. Magnopere etiam in hoc affectu prodest, singulis mensibus, dato medicamento, alvum exinanire, idque non valido pharmaco facere convenit, sed leni laxativo, quale est decoctum, quod supra proposuimus. Præstat etiam sub plena luna & ubi tempestas foeda & varia inciderit, alvum moliri.

V. Ad acrimoniam humorum deliniendam salutare est in hoc affectu, lacte caprino vel asinino liberalius epoto, corpus eluere, experimentisque constat, multos hoc malum hujus curæ beneficio evasisse. Neque ignorare oportet, biliosioribus serum lactis magis convenire, idemque præferendum esse, si ductus biliarii extegendi atque emunctoria recludenda sunt, in primis si in aestivum tempus incidit curationis necessitas.

VI. Tutissimum hoc curæ genus est adulto vel præcipiti vere, idoneumq; maxime, serum lactis cum succo limonum mixtum ad cyathos binos vel tres sorbere. Miscendratio hæc est: Recipe feri caprini libras V, succi limonum recentium uncias ij, conservæ rosarum vel violarum unciam unam semis. m.

V. Si lienis tumor vel obstructio subest, ad re-

removendas obstrunctiones vix præstantius re-medium est chalibe, unde hoc vinum merito commendamus: Recipe rad. Zedoari. eichorii ana unciam semis, summitat. centaurii minoris fl. hor-mini ana p. IV. cort. citri recent. unciam semis cost. arabici cortic. sassafr. cardamom. ana drachmas iij limaturæ martis unciam semis, passul. minor. un-cias iij vini Rhenani mensuram unam m. lenique calore digesta ad usum reseruentur.

VII. Ubi ex collecta intra primas vias humorum mole suffocationis metus est, educere sordes oportet, pleniore vomitu per lene emeticum excitato.

VIII. In omni graviori dolore inter cutem articulosque sœviente efficacissimum est, externis partibus hoc imponere linamentum: Recipe aquæ Anhal-tinæ uncias duas Sp. lumbricor. terrest. vo-lat. unciam sem. balsam. Peruvian. olei nucis. ex-press. ana drachm. unam semis. m. Lumbricalia etiam interne & externe suut egregia.

Cautelæ & Monita.

I. Ad balneorum usum non temere statim transseundum est, sed bene providendum, ne repleto sordibus ventriculo, vel sanguine impuro existente hocce curationis genus ineamus. Verendum enim est, ne, ubi quid ejusmodi vitii in corpore hæreat, materiæ malignitas quæ in certa parte desidet, per totum corpus diffundatur remedii virtute excitata.

II. Qvod idemtidem circa lactis curam præcipiendum est, ad quam non prius accedendum est, nisi aliquot ante diebus primæ viæ ab humorum colluvie expurgatae sint, ventriculoque & intestinis ceterisque partibus sua constet integritas. Ita.

III. Itaque minus consulunt ægris, qui in febribus lentis, in viscerum obstructionibus, & ubi acidi copia ventriculus redundat, statim ad depellendum spasmodum lactis curam svadent, ad causarum seriem parum respicientes.

IV. Si conjectura est, vermes intestinorum sinus tenere & velut ex latebra corpus spasmico subinde infestare, optimū est, mercurio dulci enectos expellere.

V. In affectu melancholico abstinentiam ab omnibus calidioribus, volatilibus spirituosis nervinis balsamis, quia periculum est, ne tam vehementibus remediis furor spasmorum magis accendatur.

VI. Si alvus nimium exarescit, clysterem emolliente injecto eandem liquidiorem reddere oportet. Adjicere etiam interdum absorbentia prodest; ut eorum usu ventriculus ab acidi copia velut vinculo soluta molesto onere se expediatur.

VII. Quantum ad diatam pertinet aer ægris purus serenus & temperatus unice prodest, vitato humido crasso & nebuloso. Viatus sit facilis & parcus, vintandi cibi acidi viscidi & qvi difficulter concoquuntur. Removenda etiam omnia vina dulcia & potus nimius; potui vero dari debet aqua, in qua ferrum candens subinde extinctum sit, quæ vel præcipue obstructionum vincula solvit.

VIII. Animihilaritas in ejusmodi morbis maxime svadenda est, & omni modo adlaborandum ut dejectus melancholicorum animus erigatur. Motus corporis sit moderatus, venus vitetur, utpote quæ noxissima & non animi modo sed & corporis nervos, qvi in hoc malo ad prime affecti sunt, elidit incidentque. Postremo confert pleniore somno ægrum nutritre, cumque capere sub aere subtiliori. Quæ omnia si recte observata fuerint, præter spem interdum accedit, ut tam difficile etiam tamque vehemens malum finiatur.

UH 214

ULB Halle
005 368 995



3

SB

N.C.





B.I.G.
Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

DISSE^TRAT^O MEDICA INAUGURALIS
SISTENS
**COMPENDIOSAM
ET CLINICAM ADFE-
CTUUM SPASMODICORUM
PRAXIN CUM CAUTELIS,**

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-
DENB. CETERA,
PRAESIDE

DN. FRIDERICO HOFFMANNO,
CONSILIARIO ET ARCHIATRO REGIO,
MEDICINÆ ET PHIL. NAT. P.P. h.t.
DECANO.

*PRO ADIPISCENDIS SUMMIS IN ARTE
SALUTARI HONORIBUS*

Ad d. Novembr. M DCC VII.

horisante & pomeridianis

Publico eruditorum judicio examinique
tradet

CHRISTIANUS ALDE,
VRATISLAVIENSIS.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis JOANN. GRVNERI, Acad. Typogr.*